

venandi sed male. Sisebuti enim tempore, idest anno Christi 613. Imperator Heraclius, miris Astrologus, & Ariolo- nutu vanitati deditus, cernens a circumcisus gentibus divio- nutu Imperium esse vastandum, quod postea a Saracenis, si- ve Mahometanis impletum fuit, ut referunt Aimonius lib. 4. hislor. Franc. c. 22. Platina de viiti Pontif. in Aledato, Joann. Mariana lib. 6. de rebus Hispan. c. 3. Zamalloa in compend. hislor. Hispan. lib. 25. cap. 25. Jacobus Bleda in hislor. Ma-ur. lib. 1. c. 12. pag. 36. rogavit Theodorium Legatum Sisebuti, ut ipsum Regem induceret, ut Judaeorum gentem omnia- bus exilietiam ex univerfa Hispania expelleret, ut referant Mariana lib. 6. de rebus Hispan. c. 3. Ambrosius de Morales lib. 6. c. 13. Padilla hislor. Eccl. cent. 7. c. 10. Gēnebrardus in chronol. anno 623. Joannes Gothus in hislor. Goth. lib. 16. c. 14. Quod & Dagoberto Regi Francorum ipsum Imperatorem iustitie referunt Baronius anno 614. n. 42. Greg. Turon. in hislor. Franc. Aimonius lib. 4. eiusdem hislor. c. 22. Sisebutus pro- ptius sequentem tulit: "Cum veritas ipsa peter, quare & pullare nos doceat, pramonens quod cum regnum colorum violenti diripiunt, in nullo est dubium, quod ille indulta gratia manus abhorreat, qui ad eam procedere ardenti ani- mo non festinat. Proinde si quis Judaeorum, de his scilicet, qui nondum sunt baptizati, aut se baptizare distulerit, aut filios suos, vel famulos nullo modo ad sacerdotem baptizan- dos remiserit, vel se, si uoque de baptismo subtraxerit, vel unius anni spatium post legem hanc editam quisquam illo- rum sine gratia baptismatis transferit: horum omnium trans- gressor, quisquis ille reperitus fuerit, & certum flagella decalvum suscipiat, & debita mulctetur exilii poena: res ta- men ejus ad principis potestatem pertineat, qualiter si in- corrigibilem durior ostenderit vitam, perpetua in ejus, qui eas Princeps largitur voluerit, potestate demaneat." Extat in l. 3. tit. 3. lib. 12. legum Visigoth. referant S. Ildorus in chronol. Goth. era 651. ubi de Sisebuto, ita ait: "Qui in in- itio regni sui Judaeos ad fidem Christianam permovens amu- lationem quidem Dei habuit, sed non secundam scientiam; potestate enim compulsi, quos provocare fidei ratione opu- ritur." Lucas Tudensis in chronol. Mundi. Roderic. Toletanus lib. 1. de rebus Hispan. canon. 17. Alphonsus Carthagenas in anaphyl. cap. 3. Balzaus in chronol. anno 616. Et licet Sisebuti factum improbetur in presenti canone 79. Conc. Tolet. ta- men magna exultatione dignum est, ob rectum erga religio- nem Catholicam zelum. Quo modo factum hoc Sisebuti ex- poluerunt Valentia tom. 3. disp. 1. q. 10. punct. 6. I. Lipsius lib. de una relig. advers. dialog. v. v. Divinum illud. Madera in Monarch. Hispan. c. 6. fol. 41. Solozruanus tom. 1. de jure ind. lib. 1. c. 19. n. 86.

Unde excusari potest Marcellini factum, quod refertur a Baronio anno 402. n. 12. videlicet Marcellini vi praecisa coactum sibi idolis thurificasse.

Unde deducitur, voluntatem interpretativam sufficere, qui enim actualem intentionem habuit, licet po- stea in somnum incidat, aut furor, nihilominus potest baptizari, aut Ecclesia reconciliari, & qui rediens 26. q. 6. Licet enim amens, & dormientes voluntatem actualem non habeant, tamen consentit voluerit in eadem voluntate, leg. si is, qui animo 22. ff. de acq. poss. l. 3. §. si furiosus, ff. de usufruct. Valentia lib. 2. illud in d. l. 3. §. si furiosus, ff. de usufruct. Confuevit Ecclesia. Adhuc videlicet pendente tempore catechesis, alias si necessitas non adierit, expleri debet tempus catechesis, intra quod instruebantur in fidei myste- riis, & baptizari, & de catechumenis; de consuet. disp. 4. late il- lustrat Viccomes de viribus baptismi lib. 2. fore per tot. & nos in can. Concilii illis.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu sequens communiter deducitur assertio: "Si amens antea petierit baptismum, possunt baptizari; invidi vero baptizati characterem non recipiunt." Quam conclusionem probat textus in c. qui fuerat, & de iudicis 26. q. 6. diff. c. ad fidem 25. q. c. qui recedant, 26. q. 6. c. solus, c. agrorum de consuet. disp. 4. §. si furiosus 17. de iudicis. Alia juris testimonia congregantur Ant. Augusti in epit. iur. lib. 22. tit. 1. §. 17. c. lib. 22. tit. 8. Gregorius in summa verbo Ju- dai. Illustrant ultra congestos a Barbofa in praesenti, Div. Thom. 2. 2. q. 80. art. 8. Suarez de Sacram. 3. p. disp. 134. q. 1. Acunna in c. de iudicis 26. q. 6. §. 1. Hallier de sacris ritib. lib. 5. cap. 1. Balsamon in canon. 48. Synod. Carthag. Albalpin. lib. 1. c. 9. Avendanno lib. 2. de metu. c. 17.

Sed pro dubitandi ratione in presentem assertionem ita in- surgo: Ad baptismum nullo modo desideratur voluntas ex parte suscipientis: ergo amens, & dormientes, etsi antea propositum baptizandi non habuerint, baptizari valent. An- tecedens probatur nam infans nec iudicium, nec voluntate- tem habet, l. 1. Ord. de falsa moneta; & omnia, quae vidit, ignorant, l. ult. ff. rem pupilli, l. pupillus, ff. de R. J. & acqui- paratur furioso, §. furiosus, Instituit. de iur. l. 2. §. de iure coelic. plura Petrus Faber, & Gothofredus in l. in negotio, ff. de R. J. sed infans baptizari potest. Conc. Milevit. can. 2. Gerund. can. 5. Brachar. 3. can. 7. Clement. 1. de summa Trinit. probavi superiori commentario. Igitur etiam amens, & dormientes, etsi antea baptismum non petierint, bap- tizari valent. Augur hanc dubitandi ratio ex eo, nam dormiens quodammodo voluntatem, & iudicium habet; siqui-

dem ex delicto commissio tenetur, l. si furus 27. §. 9. digest. ad leg. Aquil. Ergo si ex delicto dormiens potest obligari, poterit etiam & baptismum recipere. Augur tandem hanc dubitandi ratio ex capiti, qui recedant, in fine, 26. q. 6. ubi agitur de reconciliatione coram, qui cum in gradu praesentiae solemiss essent, subito obmuerunt: & aiant PP. Concilii Arausic. quod poterunt reconciliari, sicut & baptizari, & circa amens ita aiant: *Amentis etiam quocumque pte- niti conferenda sunt.* Ergo si omnia, quae sunt pietatis, amens conferri possunt, etiam baptismus illis administrari valet.

Qua dubitandi ratione non obstante, vera est praesens as- sertio, pro-cujus expositione sciendum est, subiectum capax sacramenti baptismi esse quemlibet hominem viatorem, cuius- cumque sexus, aetatis, vel conditionis, non baptizatum, ha- bentem intentionem suscipiendi hoc sacramentum, sive ve- ram, cum iam rationis iudicio fruiat; sive praesumptam, cum ante rationis usum a parentibus baptismum traditur. Quam doctrinam pluribus Ecclesiae decretis firmant, & SS. PP. testimoniis probant Bellarmin. tom. 2. controvers. lib. 1. de bap- tismo, c. 8. eodem tractat. c. 10. q. 1. Gregorius de Valentia tom. 4. disp. 4. q. 3. Summistaz, & Theologi Moralitate de hoc sacramento agentes, congesi a Martine de Prado tom. 1. de sacram. iur. de baptismis, c. de subiecto: nam sicut omnibus est necessarius baptismus, iuxta illud D. Joannis cap. 3. Nisi qui renatus fuerit, qui omnes in Adam peccaverunt, D. Pau- lus ad Romanos cap. 5. c. 1. ad Corinth. cap. 15. ita omnibus convenit per Januam Sacramentorum, videlicet baptismum, ingredi Ecclesiam, & regenerari. Deinde omnes PP. tam Ecclesiae Latinae, quam Graeca, hanc sententiam deducunt ex illis verbis Christi Domini apud Mattheum cap. ultim. Do- cate omnes gentes, baptizantes eas. In quibus Christus Dominus absolute docuit, quocumque gentem esse capacem huius sa- cramenti: igitur quilibet homo, cuiuscumque aetatis, aut conditionis sit, capax est huius sacramenti. Dixi, quilibet ho- mo, ut excludatur animalia, & alia insensibilia, quae cum peccatum originale non contraxerint, quod ex Adamo tra- ducitur, Trid. sess. 5. cap. 3. c. §. 6. cap. 3. & expertia rationis sint, incapaces sunt huius Sacramenti, ut de sary- ris, & brutis etiam natis ex femina, & animal, & post Divum Thomam docent Trullench lib. 2. de baptismis, cap. 1. dub. 6. nota. 2. Dicaltillo, Candidus, & Bonacina relati a Leandro de sacram. baptismi disp. 5. quae 2. Circa monitum vero non consentient Moralitate, alia affirmantibus capax esse baptismi, alique quaplurimus negantibus. Sed pro eo- rum conciliatione, atque huius dubii resolutione dicendum est, monitum pluribus modis considerari posse: aut gen- tum ex homine, & animal; & tunc baptizari non posse, recte affirmat Henricus lib. 4. summa, cap. 21. licet eo casu baptismum rite administrari posse libi conditione si capax sit, tenet post Dicaltillo, & Gafrum Palaum Leander ubi supra quae 3. vel si genitum ex viro, & femina portum, seu prodiunt nascatur, ut si mulier contra formam generis humani vitulum canis sit, de quo parit loquitur Consulatus in l. non sunt liberi 14. digest. de iur. hominis, & tunc DD. communiter discrimen constituunt inter monitum a quod capax ferunt habere, & inter illud, quod humanum caput habet, & cetera membra ferina: primo casu monitum baptizari non posse affirmant, secundo vero casu baptismum administrari posse docent, ita Navarrus, Bonacina, & Comitolis relati a Leandro supra, c. 4. ex ea ratione, quia capax principalis hominis pars est, leg. cum in diversis 44. digest. de relig. in hoc tamen casu differendum esse baptismum per aliquod tempus, ut melius cognoscatur possit moniti natura, proxime laudati DD. affirmant. Aliquando vero par- tus non prodigiolos, sed portentosos nascitur, cum videli- cet forma hominis non deest, sed in aliquo peccavit natu- ra; quia servata humani partis forma membrorum officia ampliavit, ut si cum tribus manibus, oculisve, aut si cum pluribus digitis partus edatur: de quo portentoso partu loquitur Consilii in dicit. leg. non sunt liberi, in fine leg. hoc tantum 38. l. quae 135. digest. de v. S. hancis traditus a Carraza de part. cap. 17. Torreblanca lib. 5. de iura spiri- tit. cap. 8. Arellano cap. 8. de iura ratione, lib. 5. cap. 5. per totum, c. lib. 2. §. singul. cap. 2. Dom. Jofeph. de Retes lib. 1. apud. cap. 1. nam isti portentosi partus veri liberi sunt, leg. ultim. titul. 23. partit. 4. ubi de partu prodigio- so, & portentoso ita ait Alphonsus Rex: "No debent fer- contados hijos los que nacen de la mujer, & no fon figu- rados como homes, assi como si huviesen cabeza, & otros miembros de bestia: mas si la criatura nace en figura de ho- me, maguer aya miembros sobejanos, & menguados, no le empee, ." Portentosos ergo partus baptizari potest, qui homo est, licet superflua habeat membra: & si nascatur cum duobus capitibus, ita ut certum sit, esse distinctas per- sonas; quia dormiente uno capite, aliud vigilat, & move- tur, iscofirm singula membra baptizanda sunt; & si certo deprehendi non possit, duas esse personas, tunc absolute baptizanda est pars illa, quae ad unam animam pertinet; reliqua vero partes libi conditione, non vero absolute sunt baptizanda; ut post Marfilium, & Valquez, docet Diana p. 9. tract. 6. rel. 30. in fine.

Diximas etiam, hominem baptizandum debere esse viato- rem, idest vivum, non defunctum; quia mortuus baptizari non potest. Conc. Carthag. 3. can. 6. ibi: "Cavendum est, ne mortuus baptizari pole fratrum infirmitas credat." Ubi hanc.

heresim Marcionitarum condemnari refert Baronius tom. 4. anno 386. & notavi in can. 37. Concilii Illiberit. Nam cum certum sit, animas a corporibus separatam justificari non pos- se, nec mereri, iuxta illud Ecclesiasticae c. 14. "Ante obi- tum ne opere iustitia, quia non est apud inferos invest- ite operum, Joannis c. 9. Venit nox, in qua nemo potest operari. Lucae 15. Jam non poterit amplius villicare." Pro- batur Bellarminus de surg. lib. 2. Nec contrarium docet Paulus 1. ad Cor. c. 15. ibi: "Quid facient illi qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgunt." Unde deducunt Mar- tionistae, & Catharyphes mortuos valde baptizari. Refert Baronius anno 57. n. 164. c. 146. n. 12. c. 173. n. 4. Tur- rianus pro canonibus l. 4. c. 14. Nam omnia variis interpre- tationibus adductis a Castro de heresibus, verbo Baptismus. Se- baltiano Medices aolem tract. de verbis, Cornelio a Lapide in eod. textu, Aegidio de sacram. disp. 11. dub. 1. Valquez 2. tom. 3. p. disp. 157. c. 3. dicendum est, apud Apostolum bap- tizari pro mortuis idem esse, ac baptizari a mortuis, hoc est a contactu mortui eluendo, & purgando se. Nam cum c. 19. Numeros. praecipitur, domes abluere modo libi praescripto, immundus caelestiter, domes abluere modo libi praescripto, de quo ritu agitur c. 34. Ecclesiast. "Qui baptizatur a mor- tuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lavatio eius? D. Paulus ad istuendam, & probandam carnis resurrectionem utitur praedicto argumento; non tamen loquitur de resurrectione sacramenti Baptismi, quod mortui recipere nec per se, nec per alios possunt, ut notavi in d. can. 37. Huius suppositus, ratio praesentis decisionis est, hominem in- vitum baptizatum baptismum non recipere; amens vero, & dormientem, si ante somnum, aut amens baptismum petierit, posse rite, & valide baptizari: nam cum in bap- tizando desideret voluntas, iuxta illud preceptum Domini: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ideo nemo renuens, & in- vitus baptizari debet. Faciunt D. Bernardus serm. 66. in vitus baptizari debet. "Fides iudanda est, non imperanda. Tertul. ad Scapul. ibi: Non est religiois cogere religionem, & in- sponte suscipi debet, non vi. Theodor. apud Callistod. lib. 2. de Religione imperare non possamus, quia nemo cogit, ut credat invitus." Dicemus latius in c. si quis Judea, & Judaeis. Sed cum quis petat baptismum, licet postea in amens incidit, semper praesumitur perseverare in eadem voluntate, juris interpretatione. Quare recte in presenti do- cetur, cum baptizari posse, si antea baptismum petierit. Un- de dormiens retinet possessionem, l. nunquam 31. §. si dormiens, digest. de usufruct. quia in eo non deficit animus, sed quiescit, ut ait D. Thom. 1. p. q. 48. art. 3. in corpore, c. in lib. de sono, c. vigilia, q. 1. c. 4. Est enim brevis, & tempora- ris remissio animi, non defectio, tunc Cicerone lib. 7. de divin. Similiter furiosus retinet possessionem ex iuris aequitate, l. 1. §. furiosus, l. nunquam 31. §. si furus, l. iusto 44. §. eum qui, digest. de usufruct. Giphanius in l. si is, qui 27. digest. de acquir. iust. Valentia ad istum tit. tract. 2. c. 6. n. 9. Facit Conc. Illib. can. 47. in illis verbis: "Qui aliquando fuerit cate- chumenus per infirma tempora, & nunquam ad Ecclesiam accesserit, si eum de Clero quisquam agoaverit voluisse esse Christianum, aut testes alios exteriori fideles, placuit ei baptismum non negari, eo quod in veteri homine deliquisse videatur." Pro-cujus canonis expositione plura in ejus no- tis adduximus.

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta, pro-cujus so- lutione, omnibus traditis superiori commentario, dicendum est, verum esse in infantibus non dari actualem voluntatem sus- cipienda baptismum; dari tamen ex persona susceptoris, seu patris, ut probavi in commentario antecedenti. Nec obstat augmentum ipsius dubitandi rationis deducendum ex 4. l. si furus 27. §. 9. Nam omnia difficultate, an in ejus tex- tu specie detur actio utilis, an vero directi, quam examinat D. Joan. Suarez lib. 2. ad l. Aquil. c. 2. §. 2. dicendum est, tunc dormientem ex delicto teneri, quando aliqua praesentis latius praesentatur Paulus Zaccarias lib. 22. q. 6. multilogal. tit. 4. c. 13. Farina. in prae. §. 98. ex n. 62. Covar. in Clementi, §. si furiosus, 3. p. in prin. n. 7. Gomez lib. 3. var. c. 1. n. 74. unde cum in ea specie culpa praesentis in non extinguendo igne, dormiens ex delicto sequuto tenetur. Nec etiam obstat textus in d. c. qui recedant, §. fin. nam omnia solutio Glossa ibi, verbo Amens, quae asserit ibi PP. agere de hominibus amensibus ita natis, qui possunt ad op- agere de hominibus amensibus ita natis, qui possunt ad op- agere de hominibus amensibus ita natis, qui possunt ad op- agere de hominibus amensibus ita natis, qui possunt ad op- agere de hominibus amensibus ita natis, qui possunt ad op- agere de hominibus amensibus ita natis, qui possunt ad op-

Sed supra traditis primo obstat textus in can. 12. Concilii zatus, presbyter ordinari non debet; non enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate est, nisi forte postea ipsius sta- dium, & fides probabilis fuerit, aut hominum raritas co- dium, ex quibus deducitur, eum qui in agritudine bap- tizatus, & non ex voluntate baptismum suscipere. Igitur non recte dicimus, ex voluntate interpretativa baptismum rite conferri illis, qui postquam petierunt baptismum in agritudi-

nem, aut amensiam incidunt. Pro-cujus canonis exposicio- ne, qui eidem verbis reperitur apud Gratianum in c. un. 57. diff. dicendum est, quod licet illi, qui in agritudine positi baptizantur, verum recipiant baptismum, tamen irregulares sunt, quia quodammodo urgente mortis periculo fidem suscep- erant, qui appellatur grabatarii in can. 8. Conc. Aletissid. nota- vit Meuardus in nar. ad lib. sacram. D. Greg. fol. 161. Givanci a D. Hieron. & Cypriano, quos refert, & sequitur Spondanus ad Baronium anno 354. n. 4. Quare & de iporum baptismum ali- quando dubitavit Cornelius Papa in ep. ad Fabianum Antiochen. Episcopum, apud Eusebium lib. 6. hislor. Eccl. c. 35. notavi in can. 37. Concilii Illib. Unde Patres in eo canone in agritudi- ne baptismum tantum a sacris ordinibus removent, non ta- men jubent ipsum iterum baptizari.

Secundo supra traditis obstat Conc. Tolet. 8. can. 7. ubi cum agatur de sacerdotibus, qui ad conjugia, morefque so- culi redierunt, & quomodo illi compedendi sint, aiant PP. Hispaniae, quod nullo modo possunt deserere votum iam emi- sum: quod probant exemplo eorum, qui iam baptizati sunt, qui fidem deserere non possunt, & hanc referunt difficilia verba: "Baptismus inappretiable donum est; semper, & saepe non solum nocentibus, verum & quod majas est, ne- scientibus impartitur." Ex quibus expresse deducitur, no- lentibus, & inscientibus sacramentum Baptismi rite ministrari: ergo quia rite, & valide baptismum amensibus, dormien- tibus, imo etiam invitis rite, & valide conferri potest. Cui difficultati respondendum est, verba illa, insipientibus, & no- lentibus, referenda esse ad parvulos, & amens: licet enim illi nesciant, illi vero renuant pro tunc; nihilominus ex lu- pra traditis rite ille conferatur baptismus propter volunta- tem, quae saltem interpretativa adest in amens, & quae lup- pletur per susceptorum, seu patris in parvulis. Unde tunc verum est, nescientibus, & amensibus baptismum Baptismi conferri. Alier explicat Barbofa vote 37. n. 14.

Tercio hucalque traditis obstat textus in can. 48. Synod. Car- thag. 1. in illis verbis, prout extat apud Balsamonem: "De- uis, qui sunt infirmi, ut qui ita sunt infirmi, qui quidem pro le responderi non possunt, tunc baptizantur, quando sua ex- sponte de le testimonium proprio periculo dixerunt, & ea quibus constat, desiderari in agroto, qui obmutescente vo- luntatem actualem suscipienda baptismum, ergo non sufficit voluntas interpretativa, ut subito obmutescent, vel in vitae discrimine positi baptizeur. Augur hanc difficultate ex ca- none 43. Conc. Carthag. 3. relati in c. agritudines, de consuet. disp. 4. ubi asseritur, quod si agritudines, qui quidem non possunt, aliorum testimonio adiuvantur. Pro-cujus diffi- cultatis solutione dicendum est, in adversa valetudine pa- tizari posse, si dum propriam voluntatem exprimit, ore fidem profiteri, & promittere possunt. si autem propriam voluntatem exprimerent, baptizari nequeant, cum nec inter- pretativa voluntas adsit: si vero dum sana mente fuerit, baptismum petierit, licet postea fidem expresse profiteri ne- queant, si tamen adstet testis, qui referant ipsius agritudi- nem baptismum petisse, rite baptismum conferri potest, cum constat ex testium depositione de ipsius baptizandi volunta- te, ut iam probavi in can. 37. Conc. Illib.

Quarto obstat canon 6. Conc. Carthag. 3. in illis verbis: "Cavendum est etiam, ne mortuus baptizari posse PP. in- firmis credat, quibus nec Euchariisiam dare licitum est." Qui canon omni foris dubitandi ratione carere videtur, si ut supra diximus, in suscipiente baptismum desideratur vo- luntas. Pro-cujus canonis expositione sciendum est iam ipso Ecclesiae initio, impium morem, seu errorem nonnullis in- vasisse, baptizandi catechumenos ante baptismum mortuos, abscondo aliquo sub seculo, ut refert S. Chrylostomus hom. 40. in ep. 1. ad Corinth. in hac verba: "Postquam catechumenus quisquam apud eos excesserit, sub lecto mortui abscondo ali- quo, qui vivit, accedunt ad mortuum, & alloquantur, & rogant, veline accipere baptismum: deinde illo nihil respondente, qui est abscondus interne, pro illo dicit, se velle patizari: & sic eum baptizant pro eo, qui excessit, ac si in scena luderet. Cuius abulus memioit Apollolus 1. ad Cor. c. 15. illis verbis. Quod facient ii, qui baptizantur pro mortuis? Quem locum suse exponit Basili. Leg. 9. 3. expost. cap. 5. Theophil. Raynaud. tom. 15. Hierool. scil. 1. puncto 11. quem errorem sequuti fuerant Marcionistae, ut probavi in d. can. 37. Illiber. & eos optime refellit S. Fulgentius de bapt. Trichiof. c. 9. "Mortuus propterea non baptizamus, quia omne pec- catum, sive originale, sive actuale, quia simul est animae, carnique commune, nihil eorum dimittitur, si a carne sua anima separatur. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis, sive bonum, sive malum. Anima itaque sine carne nulla ra- tione salvatur, quae peccavit in corpore, nec credit eum esse in corpore: ac per hoc malum recipit, quod gessit in corpore; non bonum, quod in corpore constituta non gessit." Caro quoque sine anima non potest baptizari, quia nec re- surrectionem peccatorum accipere: nam res, quae non vivit, sicut nec peccare, ita poenitentiam peccati habere non potest." Notarunt Zerdia in advers. cap. 144. Novarius lib. 1. schol. cap. 9. quem errorem, ut damnarent PP. dictum canonem ediderunt.

10
Conclusio
traditur,
& probat
rue.

11
Impugn-
tur tracta
assertio.

14
Impugn-
tur tracta
assertio.

15
Diffinitur
dubitandi
ratio.

16
Exponit
canon in
Concil.
Notaciar.

17
Exponitur
Conc. Tol.
8. can. 7.

18
Explicatur
can. 43. de
mod. Car-
thag.

19
Exponitur
can. 6. Con-
cil. Car-
thag. 5.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.M.I.

CAPUT IV.

Idem a Metensi Episcopo.

Debitum officii pastoralis exsolvis, cum in dubiis juris articulis responso Sedis Apostolicæ postulas edoceri...

NOTÆ.

M. Itaque legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 3. Theodorico videlicet Praefuli 57. ipsius Ecclesiæ...

COMMENTARIUM.

In hoc sacramento, sicut in aliis legis Gratia, si Eucharistiam accipias, suscipiens eget ministro...

CAPUT V.

Idem a Nidrosiensis Archiepiscopo.

Non ut apponeret tibi scientiam, sicut credimus; sed ut per oraculum verbi nostri tuorum ignorantiam subditorum melius erudires...

NOTÆ.

N. Itaque legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 5. De Nidrosiensis diocesi egi in c. Jacris...

COMMENTARIUM.

Aquam naturalem, & elementarem, esse materiam remotionem Baptismi, constat ex sacra pagina, Joannis cap. 3. vers. 5...

cava manu suscipe corpus Christi dicens, Amen. Ponantur autem manus in formam crucis, ut expresse definitum est in sexta Synodo...

Idem a Nidrosiensis Archiepiscopo. De Hieronymo. epist. 8. Cyril. Hierosol. catech. 3. & alii apud Theoph. Raynaud. de Azo cetero...

Idem a Nidrosiensis Archiepiscopo. Per manus curat manus, hereditatem faciam. Ovidius lib. 2. c. 4. Pastor. Virgilius lib. 2. c. 6. Enchirid. Scholiastes Sophoclis ibi: Mos erat antiquus...

lib. 1. ad leg. Aquil. cap. 2. sed. 9. qui inde exponit nu. 20. factum Pilati, quod refertur a D. Mattheo c. 27. in illis verbis...

Est aqua Mercurii portis vicina Campana: Si iustus expertis crederet, nomen habet. Etiam in defunctorum exequiis ad expiandos homines...

Profaneque Vicecomes lib. 1. de ritibus Baptismi, cap. 17. Farnabius ad Senecam sup. fol. 155. fule Marillus de aqua benedicta...

Manet ergo, ex institutione Christi Domini materiam remotionem sacramenti Baptismi esse aquam naturalem, idque contra varios hereticos sepe lapsus Ecclesia debuit in c. in quodam...

bat, neque urgente necessitate posse conferri Baptismum cum aqua rosacea, saliva, aut sudore. Prado de sacramentis, tract. 2. de Baptismo, dub. 3. §. 1. Theophilus tom. 16. in Hæretic. Spir. p. 10. in princ. Licet Stephanus II. consultus in conventu Carifaco...

Diximus, aquam debere esse aptam ad ablendum corpus baptizandi, quia materia proxima hujus sacramenti est ablutio corporis, five fiat per immersionem, five per aspersiōnem...

CAPUT FINALE.

Idem in eodem.

Lect Græcos diebus nostris ad obedientiam Sedis Ap. revertentes fovere, ac honorare velimus, h mores acritus eorum, quantum cum Domino possumus, sustinendo: in his tamen illis deferre nec volumus...

Eodem.) Later, videlicet; cum enim temporibus Innoc. III. Græci ad unitatem Ecclesie Rom. fuissent conver- si, ut retuli in c. scripturam, de elec. edita fuit præfens canon, ut dannaeretur ab eis eorum, qui baptizatos a Latinis iterum baptizabant. Sed quæret aliquis, cur præfens constitu- tio, cum edita sit in Græcos, seu contra eos, eorum idio- mate PP. Concilii usi non fuerint, cum lex promulganda sit potius lingua eorum, ad quos dirigitur, autem, de non alie- nandis, §. nos igitur, ad finem, ibi: Hæc proposuimus, & non poterat voce legem confisimus, sed hæc communi, & Græca, ut omnibus sit nota, propter facilem interpretationem. Et l. unie, in fine, c. de veteri iure enel. Faciant textus in c. si rector, 44. dist. c. oportet 7. q. 1. c. quoniam, de off. Ord. Clemen. in in agro, §. sane, de statu monach. Nam legislator subditos legibus dirigere, non illaqueare intendit, c. 2. 27. qu. 1. unde lex non debet esse capiosa, c. viti, 4. dist. Franc. Valens in concord. juris Pont. 2. p. sec. ult. Facit ab specie text. in c. no- mine, 74. dist. Respondeo, Patres Concilii præfentem constitu- tionem edidisse vulgari, & communi lingua, Latina vide- licet, quæ tam apud Græcos, quam apud alias nationes fa- cile intelligitur, vel saltem exponi potest a pluribus in qua- libet regione commorantibus. Et cum Concilium hoc genera- le esset, & Romæ celebraretur, vulgari, & Latina lingua constitutiones promulgandæ erant, cum ob Ecclesie Latinae auctoritatem, tum quia in Concilio generali, ubi erant u- triusque linguæ periti, hæc constitutio edita fuit.

Mores. Proflus diversos a Latinis, de quibus integrum librum edidit Arcudius, c. Alvarius.) Quia Latinos, tanquam hæreticos vitabant, talesque esse credebant, eo quod in Baptismo utebantur for- mula vulgari, Ego te baptizo, &c. ut infra dicemus. Quod etiam constat Donatistis, qui adhuc incredibili fastu, & im- muni odio Latinos persecutebantur, ut altaria, in quibus ipsi catholici celebrabant, improbant; & pro inquinatis habebant, ut refert Optatus Milevitan. lib. 6. ubi notavit Baldoiuus.

COMMENTARIUM.

Inter ritus diversos, varioque Ecclesie Latine, & Græcæ, illum præcipue usitatum, ac receptum legimus circa for- mam sacramenti Baptismi, videlicet quod Latini utuntur ea forma: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ut probavi in c. 1. hæc sit, Græci vero utuntur ea for- ma: Baptizetur N. servus Christi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ut constat ex Concilio Florentino in de- creto de Sacramento, c. v. forma autem, ubi docetur, per illam formulam verum esse sacramentum, Græci enim ea forma uti cœperant, ad tollendum quoddam schisma, quod jam primis Ecclesie sæculis cœperat apud Corinthios, quie- xistimabant, baptizatos pertinere ad eum, qui ipsos bap- tizabat, ac proinde nunquamque dicebat: Ego sum Cæsus, ego sum Paulus; quos reprehendit D. Paulus c. 1. & 3. dicens: Nunquid Cæsus pro vobis mortuus est, aut Paulus? Notavit D. Augustinus relatus a Gratiano in c. cum tantum 47. de censur. dist. 4. Quare ut occasione hujus erroris Græci tollerent, uti cœperunt prædicta formula, sed adeo perniciosa animo, ut crederent sub ea tantum Baptismum valide administrari, & ita credebant Latinos formulam vulgari utentes hæreticos, & ita notavit Bellarminus de Baptismo, c. 3. v. Sextus fuit. Et ita a Latinis baptizatos iterum baptizabant, & altaria, in quibus ipsi presbyteri Latini celebrabant, tanquam ideo polluta, reconsecrabant, juxta textum in c. 2. de sacram. non iterandis: quod improbant, & condemnant PP. in præfenti canone, Græcis de cetero prohibentes, ne baptizatos a Latinis iterum baptizate præsumant.

TITULUS XLIII.

De Presbytero nondum baptizato.

CAPUT PRIMUM.

Ex Concilio apud Compendium.

Si quis presbyter ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur.

NOTÆ.

Compendium.) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 1. & apud Barchardum lib. 4. Decreti, c. 74. Ivonem Carnot. part. 1. Decreti, c. 268. Gratianum in c. si quis 60. r. qu. 1. & meminit Innocent. III. infra, in c. vniuersus: idest in Synodo habita in palatio Regis Caroli apud Compendium. Unde textus hic reperitur inter Capitularia Caroli lib. 6. c. 93. in hæc verba: Si quis presbyter ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, & ordinetur iterum, & om- nis, quos prius baptizauit. Illa autem verba. Et omnes, quos prius baptizauit, iuste omittuntur in præfenti a Raymundo,

licet a Decretalis referantur; quia baptizatus non accipit gratiam a ministro, sed ab ipso sacramento: ideo a quo- cumque, etiam Iudæo, vel Pagano administratur, dum sub edita, & legitima forma, & cum intentione faciendi quod Ecclesia facit, iterari non debet: quod & cautum video in ipsis Capitularibus lib. 5. c. 4. ibi: Si quis baptizatus est a presbytero non baptizato, & sancta Trinitas in ipso Baptismo in- uocata fuit, baptizatus est, sicut Sergius Papa dixit, impositione vero manus indiget. Gregorius Episcop. Roman. & Joannes Sual- larius sic sentiunt. Ubi pro Gregorio legitur edict. Georgius, ut in ipso Concilio Compendiensi habetur. Georgius hic, & Joannes Saccellarius fuerunt Legati Stephani Pape ad Pi- pinum,

pinum, quorum ipse Stephanus meminit in epist. 8. Codicis Carolini, quem edidit Grethferus. Unde recte Raymundus omisit in præfenti ea verba: Et omnes, quos ipse baptizauit. Quia illi nullo modo sunt rebaptizandi, ex proxime dictis;

imo omnia gesta ab ipso Presbytero non baptizato, ob pu- blicam utilitatem sustinentur, argumento textus in l. Barba- rius, de offic. Prætor. Commentarium hujus textus dabimus inf. c. 3.

CAPUT II.

Innocentius III. Episcopo a Gremonesi.

Apostolicam Sedem consulere decreuisti. Et infra: Inquisitioni tuæ taliter respondemus: Presbyterum, quem si- ne unda Baptizatis extremum diem clausisse significasti, quia in sanctæ matris Ecclesie fide, & Christi no- minis confessione perseverauerat, ab originali peccato solum, & cælestis patrie gaudium esse adeptum asserimus incunctanter. Lege caput octauum August. de c. civit. Dei, ubi inter cetera legitur: Baptismus inuisibiliter ministra- tur, quem non contemptus religionis, sed terminus necessitatis excludit. Librum etiam d. Ambrosii de obitu Valentini, idem asserentis revolue. Sopiis igitur questionibus Doctorum, Patrum sententias tenas, & in Ec- clesia tua juges preces, & hostiasque Deo offerri jubeas pro presbytero memorato.

NOTÆ.

Cremonesi.) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 2. sed ut notavit Ant. August. in notis ad hunc textum, legendum est, Innocent. II. nam Decretales epi- stole Innocentii III. tantum reperitur in tertia aut quar- ta collectione, juxta ea, quæ adduxi in apparatu ad hæc Commentaria. Innocentius II. antea Gregorius dicitur, mo- nachus Benedictinus, electus fuit in summum Pontificem die 14. Febr. anno 1130. ut refertur Baronius, & Gotolanus in eodem anno, Ludovicus, a S. Carolo in Biblioth. Pontif. lit. 1. Gremonesi est in plaga occidentali, climate optimo, ac regio- ne salubri gaudet, sed prænotandæ oblique in longitudinem a Meridie ad Septentrionem, & in latitudinem ab ortu ad occalum, spatio passuum circiter bis mille quingentorum: de cuius situ, origine, & amplitudine plura tradit Andreas Sco- tus in itinerario Italia, sub 1. fol. 116. Jam olim Ecclesia Ca- thedrali decorata erat, siquidem Eustachius epus Præful sub- scripsit Synodus Romanis 3. & 6. sub Symmacho, ut refert Carolus a S. Paulo in Geograph. sacra, fol. 62.

Elle adeptum.) Unde cognoscitur, falsam esse sententiam exilimantium, non dari beatitudinem illam usque ad finem mundi, & per consequens nec iudicium particulare cuiuslibet decedentis; quam expressius demarcat Benedictus XI. in extravaganti relata a Castro adversus hereses, verbo Beatitu- do, Eugenio Papa in Concilio Florent. sess. ult. Eam refellit laud Bellarminus de Beatitudine, lib. 1. Serarius lib. 1. contra Pucium, cap. 1. & 2. Theoph. Raynaud. tom. 2. in 11. Christi. Julex, c. 6.

De civitate Dei.) Sententia, quam in præfenti Innocentius Augustino tribuit, non reperitur in illo ex libro 22. quos S. Doctor scripsit de civitate Dei: extat tamen in lib. 4. de Baptismo contra Donatistas, c. 22. & refertur in c. Baptismi vniuersus, c. non dubito, de censur. dist. 4. & citatur a D. Bernar- do epist. 77. & etiam lib. 1. de anima & eius orig. c. 11. d. v. Ambrosii.) In monachia Valentini, fere in fine, cuius ver- ba haum dabimus.

Hostia Deo.) Non levis controverfia est apud Interpre- tes, imo & apud Ecclesie PP. utrum Missæ sacrificium pro catechumenis offerri possit; ac eorum anima incremento hoc sacrificio iuvati valeant? Negant alia ratione prodesse hoc sacrificium catechumenis S. Chrylost. hom. 3. ad Philip. fere in fine, verbis illis, post præmissam summam hujus sacrificii utilitatem erga defunctos, quam ab Apollolis edocta est Ec- clesia, n. Noverant (Apostoli) hinc multum ad vita sanctos laici accedere, multum utilitatis. Et enim tempore, quo u- niuersus populus stat magnibus expansis, ac coetus sacerdoti- bus, & illud horrorem venerationis plenum incutens sacrifi- cium, quomodo Deum non placabimus pro istis orantes: At- que id quidem de iis, qui in fide discesserunt. Catechumeni vero neque hæc dignantur consolatione, sed omni auxilio sunt destituti, uno quodam excepto. Quare vero hoc licet paupe-

ribus pro ipis dare, atque hinc aliquid recipiant rel. era- tionis. Vult enim Deus nos nobis mutuum auxilium offe- ras. Equid enim aliud cause sit, quamobrem pro patre, & bono magdi statu precari iusserit? quamobrem pro omni- bus? Nam sic quidem inter omnes sunt etiam latrones, fa- bus? fures, atque alii sexcentis scateatis malis; & tamen pro omnibus precamur: erit enim fortasse quædam ipsorum conversio. Quemadmodum igitur pro viventibus illis pre- camur, qui nihil a cadaveribus differunt, ita pro illis etiam precari licet. Eiusdem sententia videtur esse S. Augustinus lib. 1. de anima & eius orig. c. 11. Nam proficere, ac augere dum christianum pro nullis offerri, nisi baptizatus, quam lustrare dum de parvulis morte præventis prius quam lustrare, tam- fonte sacro. Nam quamvis is sit primarius ex loco D. Au- gustini scopus, contra facultatem contrarium hæretici, quem eo loco refellit; tamen initio capitis universalem doctrinam tradit in hunc modum: Salva fide Catholica, & Ecclesiastica re- gula, nulla ratione conceditur, ut pro non baptizatis cavillibus ca- tati hominibus offeratur sacrificium corporis, & sanguinis Christi tanquam per huiusmodi pietatem suorum, ad regnum celorum, qui perueniant, adiuventur. Contrarium tamen docuerat D. Am- brosius in præfenti citatus, & Valentini quo, quos habebat cha- rissimos, & ambo excellerant catechumeni, sic ait: Beati ambi si quid mea orationes valebant. Nulla dies vos silen- tio præteribit. Nulla nox non donatos aliqua precum mea- rum conuersione transcurrer. Omnibus vos oblationibus fre- quentabo. Quis prohibebit innoxios nominare? Quis veritas commendationis professione complecti? Si oblitus fueris te, sanctam Hierusalem, hoc est sancta anima, & pacifica ger- manitas, obliviscatur me dextera mea. Hanc sententiam D. Ambrosii amplectitur Innocentius in præfenti; & in c. debemus, de Baptismo, perperam repugnantem Genadio lib. de Ecclesia dogm. c. 73. & defendit Theoph. tom. 15. in Hæretici, passio 3. quæst. 2. omnia distinctione inter catechomenos au- dientes, & competentes, quam agnoverunt Bellarm. lib. 2. de Missa, c. 6. Henriquez lib. 9. summe, c. 15. n. 5. Scoria lib. 2. de Missa, cap. 2. nu. 5. Et licet negari non possit, S. Chrylost. & August. negasse offerri posse fructuose hoc sacri- ficium pro catechumenis; tamen cum habeamus pro contra- ria sententia declarationem Innocentii III. profertis, id esse conforme SS. PP. non est cur nequeur hodie catechumenis hoc præfidium.

COMMENTARIUM.

Virtute Baptismi flammis eodem modo, ac ratione flu- minis hominem justificari, ac per consequens salvari posse, docetur in c. 3. hoc tit. & ita catechumenum in cate- chesi decedentem salvari, late probavi lib. 3. Concil. lib. c. 60. ubi exponit Mendoza caput catechumenorum, de consec. dist. 4. Ex ibi adductis præfens commentarium petendum est.

CAPUT III.

Innocentius III. Fernariensi a Episcopo.

Veniens ad Ap. Sed. dil. gradus præfentium lacrymabili nobis infirmatione monstravit, quod cum per singulos ordines usque ad flatum sacerdotii ascendisset, comperit tandem pro certo, quod non fuerit secundum formam Evangelii baptizatus: Unde nos eum per ven. f. n. b. Tufcul. Episcopum rite fecimus baptizari; & cum su- per ordinibus coram nobis fuisset diuinus disputatum, quidam in eam declinaverunt sententiam, ut cum Baptismus sit fundamentum sacramentorum, ante susceptionem Baptismi non suscipiatur aliud sacramentum: quoniam ubi fun- damentum non est, superadificari non potest. Porro cum quis non solum per sacramentum fidei, sed per fidem etiam sacramenti efficiatur procul dubio membrum Christi; & qui Christum habet per fidem, est Baptismus non habet, habet utique fundamentum, præter quod aliud poni non potest, quod est Christus Jesus, superadificari pos- se videtur, sicut salutaris opera, sic & qualibet Ecclesiastica Sacramenta, cum illud non sit generaliter verum, neque de novis, neque de veteribus sacramentis, quod Baptismus sit fundamentum illorum: quoniam & sacramen- tum conjugii, & Eucharistia a non baptizatis recipi potest. Præterea sacramentum Ordinis, non solum Pontifi- calis, sed Sacerdotalis etiam, & Levitici, ex institutione sua præcessit Baptismus, per quod forsitan videtur, quod ante Baptismus huiusmodi ordines possent rite conferri, maxime his qui baptizari creduntur. Quia vero in Con- cilio apud Compendium legitur constitutum: Si quis presbyterorum ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur: Nos circa latorem præfentium in hoc dubitabili casu quod tutius est sequentes, mandamus quatenus ipsum per singulos ordines usque ad sacerdotium promotere procuret, & permittas eum in fa- cer-